



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XII. Ablaßbrief des Bischofs Otto von Brandenburg, wodurch er die Gläubigen zur Förderung des Baues des Klosters Zehdenick ermuntert, vom 25. April 1255.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

fratris Danieli et Eberhardo de Parwenitz, fratribus, civitatem nostram in Lichen sub tali forma dedimus construendam, quod totius census tam de areis, quam de viretis pars tertia sit eorum, sicut et tertius denarius in civitate per iudicium accersitus. Huic iterum civitati nostre adjecimus centum et quinquaginta mansos, quorum centum in agriculturam et quinquaginta in pascua pecorum nos recognoscimus deputasse, ita tamen, quod de quolibet illorum, qui videlicet agrorum culture fuerunt assignati, trium solidorum denariorum Brandenb. annuatim nobis pensio debeatur. Expirantibus itaque sex annis, quos ipsi civitati a festo beati Martini proxime venturo jam antea indulimus libertatis, ipsam civitatem eodem jure, quo alias civitates nostras gavissam esse volumus ac contentam. Insuper et in aquis adjacentibus cum rufis videlicet et minutis retibus eisdem fratribus et ejusdem civitatis incolis piscandi similiter contulimus facultatem. Verum etiam predictis fratribus contulimus quinquaginta mansos, et quandam insulam sedecim mansos continentem, eidem civitati similiter adjacentes, et duas claufuras sive capturas piscium in fluvio prope civitatem sitas, que omnia per se jure feudali et titulo possidebunt, Insuper et duo molendina ad officium prefecture spectantia, unum nempe in fluvio Costernitz et aliud apud civitatem situm, eisdem fratribus specialem facientes gratiam, eo jure contulimus, quod nec nos, nec nostri heredes ipsos debeant aliqua alia structura ipsis nociva ledere vel turbare. Et ut hec nostra collatio futuris temporibus stabilis perseveret, presentem paginam conscribi iussimus et sigilli nostri munitione roborari. Hujus rei testes sunt Henricus de Stegelitz, Burchardus de Valewanz, Fridericus de Bertekow, Fridericus, quondam Advocatus in Spandow, Gerhardus Seher, Henricus de Snetling et alii quam plures. Datum per manum Henrici, Notarii curie nostre, Anno Domini M. CC. XLVIII, in crastino sancti Vincentii Martyris.

Aus verschiedenen verglichenen Copien.

XII. Ablassbrief des Bischofs Otto von Brandenburg, wodurch er die Gläubigen zur Förderung des Baues des Klosters Zehdenick ermuntert, vom 25. April 1255.

Universis cristi Fidelibus, presentes litteras audituris, Otto, dei gratia Brandenburgensis Episcopus, in Jesu cristo salutem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal cristi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum: oportet, nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, Firmam spem fiduciam tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce etiam metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet etiam vitam eternam. Cum igitur ecclesia ancillarum cristi in Cedelic ad consummationem operis laudabiliter inchoati non habeat facultates, nisi a cristi fidelibus adjuvetur: universitatem vestram monemus, rogamus ac in domino salubriter exhortamur, vobis nihilominus in remissionem injungimus peccatorum, quatinus de bonis, a domino vobis collatis, pias elemofinas vestras et grata eidem caritatis subsidia erogetis, Ut per vestram subventionem dicte ecclesie inopie succurratur et vos per hoc et alia bona, que domino annuente feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos vero de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, qui ad jam dictam ecclesiam suas elemofinas fuerint elargiti

aut alias ad structuram suam in vectura lapidum et lignorum manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis sibi annuis penitentiis misericorditer indulgemus. Datum Cedelic, anno domini MCCLV., VII Kal. Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

Aus des Rectors Hinte zu Brandenburg Einladungschrift von 1749, welcher das Original besessen hat, mitgetheilt vom Superintendenten Kirchner in Graussee.

XIII. Dieterich von Kerkow bekundet mit seinen Söhnen und Bruder söhnen, gegen Resignation des Schlosses Schildberg das Schloß Boizenburg mit zehn nahe gelegenen Dörfern zu Lehn empfangen zu haben, am 10. August 1276.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Theodericus de Kyrchowe et filii sui nec non filii fratris sui domini Georii bone memorie omnibus hanc literam audientibus et cernentibus salutem in domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos gloriosis principibus dominis nostris marchionibus brandenburgensibus Iohanni, Ottoni et Conrado castrum et civitatem schiltperge cum uniuersis bonis adherentibus resignauimus motu proprio et libera voluntate. In quorum honorum restaurum dicti principes castrum boyceneborch cum decem villis adjacentibus nobis manu parili et conjuncta contulerunt, quemadmodum in eorum priuilegiis est expressum. In cuius rei validum testimonium presens scriptum conscribi fecimus, sigilli nostri munimine roboratum, cum testium subscriptione, quorum nomina sunt hec etc. Acta sunt hec in Tangermunde; anno domini M^o. CC^o. LXXVI^o., III^o idus augusti.

Aus einem Copialbuche des K. Geh. Staatsarchives.

XIV. Priuilegium des Bischofs Heinrich von Camin für die Besitzungen der Tempelherren, vom 25. August 1285.

Cristi fidelibus uniuersis. Nos Hermannus, Dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, in perpetuum etc. Perpendentes in conspectu nostro diuini nominis cultum ac multifarie multisque modis obsequia nobis ac nostris per dilectos nobis in Cristo preceptorem et fratres domus militie templi affectuose exhibita ac devote incessanter perfecta, cum circa preterita sit presumendum de futuris, denique quod hospitalitati sine intermissione ac delectu dant opem et operam utique efficacem, indulgemus eisdem ut omnes mansos, agrös cultos et incultos, prata et pificationes et campos residuos ultra mensuram, in priuilegiis prefectorum ac ipsarum, quas de novo locauerant villas, comprehensam, libere valeant cum omni uilitate ac proventu in suos usus convertere prout sibi prospexerint condecener, nihil nobis ac posteris nostris in eorundem fratrum bonis reservantes juris, preter triginta octo talenta Brandenburgensium denariorum nobis ac duodecim talenta et quatuor denarios minus septem solidis, que sine contradictione seu difficultate qualibet nostris Caminensibus canonicis annuatim persolvent, volentes in omnibus aliis parcere fratribus